tibus, et régi-bus, et fíli-is Is-

ra-ël. E u o u a e.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Laudes

Aña. Ego plantávi. infra in ij. Vesperis. Psalmi de Festis.

Capitulum. 2. Tim. 4.

Bonum certámen certávi, † cursum consummávi, fidem servávi. * In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus Judex.

℟. breve. Constítues eos. pag. 23* Hymnus. Exúltet cœlum láudibus.
℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Bened. Aña. j. T.

E-VANGÉLI-UM me-ûm, quod

evangeli-zátum est, non est a

me, neque ab hómine accépi

illud, sed per revelati-ónem Dó-

mi-ni nostri Jesu Christi. Euouae.

Oratio

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : † da nobis, quæsumus ; * ut, cujus natalítia cólimus, † ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.